

Electum itaque lilium et corona stirpis datum domus^t Austrie³⁹ videte! Iste dilectus deo et hominibus, cuius memoria a benedictione erit sempiterna, dominus Albertus⁴⁰, cuius vitam beatam reges, virtutes^u preclaras duces, mansuetudinem marchiones, iusticiam et animositatem universi principes, amorem cultus domini omnes Christiani toto^v sequi debent corde, et signanter dicti duo principes fratres, qui de eodem^w sanguinis fonticulo claro non longa ab originis^x protheatu^y, sed valde prope effluerunt⁴¹, in cordibus suis non sinant paludes sordidas vitiorum, invidie et rancorum arundines, inconstantie et levitatum ranas, suggestiones et hyatus venenosos consulum iniquorum, serpentes sibilantes, morsus bellorum. Hec omnia funditus extirpent. Et puritate scaturientis fonticuli, unde derivantur a patre piissimo principe domino Arnesto archiduce⁴² quondam et matre beata⁴³, puro corde et sincero alter diligit alterum fratrem, promoveat, obpugnet, protegat quoque usque ad mortem. Merito enim deflenda sunt hec eorum terre, scilicet Stiria, Karinthia et Carniola, que ab antiquis vocata sunt montana Christianitatis, que etiam Antichristus in novissimo tempore vincere non valebit, ut perplures prophetant. Et licet communi consonancia ad Latinum dicatur Stiria quasi stella, scilicet aliarum terrarum ratione firmitatis, vel steura, hoc est adiutorium, tamen ratione bene convenit ei hoc, quod Huguicio⁴⁴ dicit: Stiria⁴⁵ est lacrima, quia vere modo pauperes in ea lacrimantur propter dictorum principum fratrum discordiam. Sic Carinthia caritate plena dicitur propter pietatem hominum in ea habitantium. Sic Carniola⁴⁶ quasi coronula, que coronata pre multis aliis terris, primo ad predicationem

t) folgt gestrichen iste u) sempiterna – virtutes (preclaras *dupliziert*) am Rande ergänzt v) korr. aus taliter w) Hs. eadem x) korr. aus origenis
y) Sinn?

39) Unklar.

40) Gemeint ist König Albrecht II. (1397–1439), der Vetter Albrechts VI. und Friedrichs III.

41) Albrecht VI. und Friedrich III. waren über ihren Urgroßvater Vetter Albrechts II.

42) Ernst der Eiserne (gest. 1424), der Vater der beiden Brüder.

43) Cimborgis von Masowien (gest. 1429).

44) Huguccio Pisanus (gest. 1210). Vgl. Ugucione da Pisa, *Derivationes. Edizione critica princeps 2*, hg. von Enzo CECCHINI u. a. (Edizione Nazionale dei testi medio-latini 11, Serie 1,6, 2004) S. 1178.

45) Ein Wortspiel; stiria ist auch der kalte zu einem Eiszapfen frierende Tropfen.

46) Gelehrte Konstruktionen; die etymologische Herleitung der Landesbezeichnung Kärnten und Krain ist umstritten. Mit *kraj* wird in den slawischen Sprachen eine Grenzmark bezeichnet. Das keltische *karanto* bedeutet „Stein, Fels“. Die Vorgängerbezeichnung Carniola hat mit dem späteren Namen Krain wohl nichts zu tun, da es sich von Karnien, dem Stammesgebiet der Karnier, herleitet.